

tur, quorum vnus, qui nomen accipiens à multitudi-
 ne saxorum minorum, atq; ideo vulgò
 der Steinberg vocatur, depressus est colliculo
 similis alter verò, quem vernacula lingua dett
 Ritschenberg vocant, maior & altior est. Flu-
 vius verò, quem incolæ vocant Depolam, sine
 dubio à depoli/quod Boiæmis calidum aut tepi-
 dum significat (miscetur enim aqua fluvij cum
 fervente in quibusdam locis, vnde tepida exi-
 stit) per curvam vallem curvo etiam fluxu la-
 bitur; & prope colliculum saxorum in Egram
 fluvium influit.

CAPVT III.

DE QVIBVSDAM, QVÆ
 CIRCA HOS MONTES
 observanda sunt, & quomodo Depola
 fluvius oppidulum in duas partes
 dividat, atq; de lapide illo to-
 phaceo, qui ex lapillis ro-
 tundis, pisis similib.
 conflatus est.

MON sfgorum nomen accepit à fagis,
 quæ plurimæ in eo fuere, nunc verò ipsæ ca-
 sis, & ablatis, arbuscula tantum visuntur. Verti-
 ces tres quasi remeantibus habet, & sæpè ignes
 erraticos nocturno tempore spectantibus, indi-
 cia sulphurearum exhalationum, quæ ex monte
 egredi-

egrediuntur, ostendit. Depressior monticulus, qui à latere huius discedens, Meridiem versus flectitur, acidula mons, vulgo der Serwerlingsberg nominatur. In calce enim huius montis fons acidus cum murmure & ebullitione sonora scaturiens, aquam sursum propellit. Est enim spiritus in illa aqua sulphureus mistus cum alumine, & aliqua ex parte etiam Chalcantho. Usus magnum potatibus, praesertim ijs, qui ex calida causa vel $\kappa\alpha\sigma\theta\upsilon\alpha\ \chi\omicron\iota$, vel nephretici, vel alio simili morbo affecti sūt, affert, nec in lavando est incōmoda, si praesertim morbi à calida causa ortum traxerint. Rupes verò illa, seu saxum cervorum, quod vulgo vocant den Hirschenstein, ut praeteream montem, quem nostri den Zschirlberg nominant, ideo dictum existimant, quod in illo plurimi cervi commoditate loci & voluptate allekti & ducti, frequenter commorati fuerint, & desuper aspexerint in valle labentem fluvium. Rupes autem illa in tres partes divisa est, quarum prima, quae monti Zschirlberg dicto vicina est, altissima est, media depressior, ultima altior existit. Estq; rupes tam magna, ut montem aequare videatur. Imminet autem oppidulo & spectaculorum multorum interdum occasio est. Mons autem saxorum minorum, quem vulgò den Steinberg nominari indicavimus, nomen habet à lapidū instar marmoreorū strue & multitudine Magnus

gnus enim acervus lapidum mutuo in sese incumbentium visitur, ut quasi monticulo similis videatur. In calce huius, quercus est qua in saxum induruit, sed extra terram eminent pars dissipata est, radices vero universae saxea, atque ea quidem magnae visuntur, cortice etiam ramorum quorundam extra terram prominentium saxeo.

Divisum est oppidulum, ut indicatum est, a fluvio vallem perlabante, in duas partes. quarum altera, ubi templum est, plena est abominabilium, & in quibusdam locis, ubi terra egesta est, venenatarum exhalationum. Sub cimiterio enim, ubi calcis eruenda causa fodina facta est, exhalationes venenatae prodeunt, ut animalia forte in eam cadentia enecentur. quemadmodum ipse gallinas multas in ea suffocari conspexi, nec non alia animantia, ut nuper capellam in ea extinctam extrahi vidi, & puer quidam nisi opem illi tulissemus, extinctus auram illam fuisset. Nec est haec fovea absimilis illi; quae in Campania est ad Puteolos, vulgo à Pozolo non procul à lacu Agnano, in quam, ubi canis immissus, statim illa aura venenata corripitur, & nisi aqua vicinilevis aspergatur, enecatur. Extinguuntur etiam in ea fovea, quae vulgo Lagrotta venenata dicitur, candela accensa, quemadmodum ipse unam statim in eam immissam extingui vidi. Sed quid miramur illam

B 3 foveam

foream ad Puteolos, ad quã velut ad miracu-
lum, multi variarum nationum proficiscuntur,
cũ hic in his Caroli thermis multa tales foree,
quarũ maxima pars terrã obruta est, qua ta-
lem auram spirent, reperiantur, auram autem
illã nostri vocitare consueverũt den schwaden.

Sub cœmiterio effodiuntur lapilli rotundi pi-
sis similes, in massam velut tophaceam cœcreti,
mirabile relatam, quomodo natura formare
potuerit tã rotundos & glabros, & tam varij
coloris, & ita mutuò inter se coherentes lapi-
llos. Existimo autem ego (doctioribus semper sua
iudicia relinquo) eiusmodi formam lapillorum
ab affluxu successivo aqua, & illius quam illa
continet materia accretione generari. Dum e-
nim aqua fluxus materiam ex arenulis, multis
conflatam, eandemq; permeabilem, perlabitur
granula illa arenosa materia cœmentosa &
calcea circumdantur, & per accretionem sem-
per confirmatio illa augetur. Quia autem are-
nule illa rotundae sunt, ideo etiam accretio ro-
tundam formam retinet. In illo autem loco in
magna copia saxum calcarium effoditur, zonis
veluti varij coloris distinctum, quam diversita-
tem colorum & materierum ex alluvioe nova
aqua & materia ad priorem, generatam esse
opinor. Nec solum vnus & eiusdem formae &
consistentie saxum calcarium spectatur, sed va-
ria, quaedam enim partes sunt rubra, quaedam
candida,

candida, quaedam cinerei coloris, quaedam etiam densissimam habent substantiam & candidissima sunt, vt Gypso non absimiles videri possint, quaedam arenario saxo & quasi marmoreo imbuta spectantur, quaedam cavernosae sunt, & inaequalem omnino & secundum colorem & substantiam naturam habent, quae varietas omnis ab aquae varia materia imbuta oritur. Format enim & generat aqua saxum calcarium, nec vt quidam opinati fuerunt, aqua ex saxo calcario effervescit. Ex alluvione igitur istarum zonarum varietas generatur, cum aqua semper novam materiam ad priorem applicat, & ex perennitate affluxus, interveniente semper nova materia, per accretionem talia colorum discrimina pingit.

CAPVT IIII.

DE FONTE COMMUNI, QUI OMNIUM SCATURIGINUM, quotquot in nostro oppidulo extant, est ferventissimus, deque saxo calcario alterius generis, quod canalibus adhærescit, & de soliorum seu balnearum ordine.